Item in alio loco in transversalibus duobus in locis uno in loco quatuor sulcos et in alio loco tres sulcos hiemmales a metta transversali ad graniciem Wypychowska inter mettas ut supra iacen. Item in eodem campo in transversalibus quatuor sulcos hiemmales per torrentem a pariete ad parietem protenden. inter mettas eiusdem Alberti et Jacobi iacen. Item in loco dicto na polku sulcum unum iary a metta transversali ad graniciem Wypychowska inter mettas Jacobi et Raphaelis in sorte Chopitkowska iacen. Item in alio campo tres sulcos hiemmales a lapidibus ad mettam transversalem protenden. inter mettas eiusdem Alberti et Jacobi Lubieszyk in sortibus Chopitkowska et Chembinowska iacen. cum agris pratis rubetis et omnibus ac singulis earundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis et pertinentiis cunctis commodis nullis penitus exceptis in septem sexagenis polt. hinc usque ad exemptionem obligavit et inuadiavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem et nobiles duos quovis officio acceptandos dat et admittit. Pacis tuitionem et evictionem ab omnibus personis cavet sub vadio simili aliarum septem sexagenarum polt. Et coram officio praesenti Castrensi Branscensi peremptoriam repositionem ac satisfactionem sine ulla dillatione motione apellatione diffugio quovis ac exceptione personali sua Recognitione in praemissis mediante.

Wojny Zdebnik Obligatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens nobilis Petrus olim Jacobi Wojno Piotrasz annorum quindecim citra vel ultra sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit. Quia nobili Mathie filio nobilis Martini Krynski et eius posteris Bonorum suorum immobilium in haereditate Wojny Zdebnik quae super se post olim nobilem Albertum Wojno patruum suum similiter decessum intestatum iure successionis concernen. totam sortem suam liberam devolutam in areis hortis agris pratis campis sylvis rubetis et omnibus ac singulis earundem Bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis et pertinentiis nullis penitus exceptis In summa viginti florenorum polonicalium hinc usque ad exemptionem summae praefatae integram et indivisam exolutionem obligavit et inuadiavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem et nobiles duos officio acceptandos dat et admittit. Pacis tuitionem et evictionem ab omnibus personis cavet sub vadio simili aliorum viginti florenorum polt. Et coram officio praesenti peremptoriam repositionem ac satisfactionem sine ulla dillatione motione apellatione diffugio quovis ac excep.